



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1849**

LXXXII. Markgraf Ludwig der Römer vereignet der Elendengilde zu Brandenburg gewisse Einkünfte aus der Havel-Fischerei, am 4. Juni 1360.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

Brandenborch iusto proprietatis titulo proprietatem quinque fructorum, cum quinque solidis denariorum Brandenb. redditum annuorum, in villa Wulst situatorum, cum supremo et infimo iudicio ville ejusdem cum omni jure, fructu, commodo, honore, libertate et pertinentiis universis, quibus nos hucusque ea tenuimus et possedimus, in antea perpetuis temporibus habendum, tenendum, sine nostro, fratris nostri antedicti et quorumcunque nostrorum officiatorum, presentium et futurorum impedimento quiete et pacifice possidendum, renunciantes omni juri et actioni, quod vel que nobis, fratri nostro sepedicto vel nostris heredibus in sepedictis redditibus et iudiciis hactenus competebat seu competere possit quomodolibet in futurum. In cujus nostre donationis evidentiam clariorem presentes sigilli nostri munimine iussimus firmiter communiri, presentibus nobilibus viris Friderico de Lochen, domino in Boitzenborch, Ottone Went, domino in Yleborch, Themone de Colditz, strenuis quoque viris Laurentio de Griffenberg, Petro de Bredow, Johanne de Rochow, militibus, Gevehardo de Alvenfleben cum ceteris pluribus fide dignis. Datum et actum Kyritz anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo, feria sexta ante dominicam, qua cantatur: Invocavit me.

Nach dem Original.

**LXXXII.** Markgraf Ludwig der Römer vereignet der Elendengilde zu Brandenburg gewisse Einkünfte aus der Havel-Fischerei, am 4. Juni 1360.

Nouerint Univerſi, tenorem presentium inspecturi, Quod nos Ludovicus Romanus, De gratia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, Sacri Romani Imperii Archicamerarius, Comes Palatinus Rheni et Bauarie Dux, ad honorem omnipotentis Dei et Matris sue Marie Virginis gloriose, nostre quoque et Antecessorum nostrorum Marchionum Brandenburgensium et progenitorum felicitate recordationis animarum ob remedium salutare, nec non nostri ac heredum nostrorum in memoriam sempiternam donamus Congregationi fratrum exulum veteris Civitatis nostre Brandenborch deuotis nostris dilectis Redditus et Proventus infra scriptos, Videlicet duo Talenta cum dimidio, Brandenburgensium denariorum In Captura infra ambas Ciuitates Brandenburg iacente in obula, iuxta teatrum, parte a superiori, habendos, tollendos et tenendos in antea quoque perpetuis temporibus cum omnibus Juribus, honoribus et pertinentiis Univerſis pacifice percipiendos, quos redditus et proventus a discreto Viro Wenemaro predemitz, Cui Ciuitatis nostre Berlyn, pro parata sua pecunia compararunt. Renunciantes quoad dietam proprietatem nihilominus omni Juri, Actioni seu impetione, quod uel que nobis ac heredibus nostris in premissis competunt seu quomodolibet competere poterunt aequaliter in futurum. In cuius rei evidentiam firmiorem sigillum nostrum presentibus est appensum. Presentibus Reuerendo in Christo Patre Domino Henrico Lubucensis Ecclesie Episcopo, Strenuis quoque viris Wedegone de Wedel, Henrico de Schuleborch, Nicolao Bismarke, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Tangermunde Anno Domini Millesimo Tricentesimo Sexagesimo, ipso die Corporis Christi.

Gudling'sche Urkundenammlung III, 3. S. 13.